



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

201. feria 6. de peccatis venialibus significatis per stipulam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

356 Fer. 5. Dom. 4. post Pentecost.

rum auferre: radix horum peccatorum est ignorantia hominis nescientis ponderare pœnam ruboris, quæ peccato etiam levi et industria commisso ponitur. Quis enim præcipit hæc vitare? Deus summus, sapiens, bonus, potens, singulis momentis in nos liberalis, ac beneficus, cui Angeli seruiunt, irrationalis creatura ad nutum obedit. Hæc ac Dominus noster, cuius in Regno nati, cuius Imperio nos peculiariter in Baptismo mancipavimus.

*Conf. 3.* Quis aulicus, aut servus præsentis ac inspectante Domino sciens prudens mandatum Domini transgreditur? vel ut aliquid Rex aulico faciendum committeret, putas faciet contra Regis præsentis & inspectantis imperium? Non faciet: & peccator facit. Petam, ut serviam Domino in timore, & exultem ei cum tremore.

#### MEDITATIO CCI.

Feria 6. Domin. 4. post Pentecost.

*De peccatis venialibus significatis per stipulam.*

**V**idebo peccata venialia per stipulam significata ad comburendum. Petam ea intelligere, & evitare.

*Conf. 1.* Quomodo per stipulam significatur peccata ex infirmitate humana, ob quam habentes



*Feria 6. Domin. 4. post Pentecost. 357*

habentes bonam voluntatem perfectè vivendi saepe non possumus nos continere, quin ea committamus: tales sunt in orationibus distractiones, nimius rigor ex bono zelo procedens, aut nimia mansuetudo in reprehendendo, ex naturæ suavitate dimanans, tristitia modica in obediendo, excessus aliquis in alimenti assumptione.

*Conf. 2.* Remedia ad vitanda peccata venialia significata per stipulam difficilè inveniri, ut funditus destruantur, sed id solùm, quod ea indies minuat, eorum gravitatem imminuat, & nos ad ea vitanda faciat cautiore: non est autem id aliud, quàm suavis quædam attentio, & solers ac provida circumspectio, quàm omnia tam magna, quàm parva, tam exteriora, quàm interiora, divina, & humana tractamus. Aulicus legatus unius Regis apud alterum, quàm circumspectè omnia agit: Vel sic agat homo. Non erit autem hæc attentio anxiosa, & perturbata, si frequenter & assidue usurpetur, ut anxiosa non est in studijs literarùm, in pictura, venatione piscatione, frequenter usitata attentio. Tunc autem exercetur, cum volante aliquo opere attenditur, an id, quod agitur, bonum sit, (nam malum absque mora omittendum est) an ad bonum finem tendat, alioquin dirigatur, an debito loco, tempore, circumstantijs

*Pentecost.*

ccatorum est  
is ponderare  
eriam levi et

Quis enim  
mus, sapiens,  
tis in nos li-  
serviunt, ite-  
bedit. Herus,  
Regno nati,  
in Baptismo

us præsentè  
udens man-  
el ut aliquid  
eret, putas  
inspectantis  
cator facit.  
timore, &

I.  
*entecost.*  
*ificatis*

ipulam si-  
Petam ea

significati-  
ob quam  
habentes



358 *Fer. 6. Domin. 4. post Pentecost.*  
stantijs fiat, an statui conveniat, an sui desiderio distractionem, anxietatem, & immoderatos affectus causet, an ad aliquod exitum, à virtutis medio abducat, an sit supra vires, an non à spiritu transfigurante in Angelum lucis procedat, an dubia sit, & consilio egeat. Faciam reflexionem ad meipsum, quomodo me in his habuerim.

MEDITATIO CCII.

Sabbato Domin. 4. post Pentecost.

*B. Virgo refugium labentium.*

**A**spiciam B. Matrem omni labe etiam veniali carentem, sicut radios Solis sine atomis. Petam reconciliationem per ipsam.

*Conf. 1. Quomodo uniuscuiusque opus manifestum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur, & uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Cuius opus arserit, detrimentum patietur, ita S. Paulus epist. 1. ad Cor. cap. 3.*

*Conf. 2. Quomodo specialiter igne absumuntur ligna, foenum, stipula, quæ præcedentibus Meditationibus expendi, & quorum reum esse me agnosco, & quibus remedijs ad eadem, eorumq; causas extirpandas me uti velle decrevi, esse verò septem causas peccatorum venialium. 1. Respectus humanus. 2. Neglectus examinis utriusque.*  
Meditatio